



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Schefferi Argentoratensis De Re Vehiculari  
Veterum Libri Duo**

**Scheffer, Johannes**

**Francofurti, 1671**

Cap. XI. De jugo & funibus, qvibus junguntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13156**

ad hunc modum diceret, *jungere equos ad collum, vel cervicem.*  
 Quoties illud *jungere ad occurrit*, toties sit mentio rei, cui quid ad-  
 jungitur, & quæ ducenda trahendave venit, ut *jungere ad currum,*  
*ad aratum.* Qvare alia excogitanda lectio, de qua dicemus am-  
 plius, cum ad vehicula ipsa ventum erit. Neq; enim dubitare pos-  
 sum, qvin sub voce *papillam* vehiculi genus quoddam lateat.

## Cap. XI.

## De jugo &amp; funibus, qvibus junguntur:

*Iugum, unde.* Ζεῦς pro bovibus mulis ve junctis. Athenaei & Polybii explicatio rejecta. Materia iugi lignum.. Locus Esiae expenditur. *Iugum unctum oleo.* *Iugum buxeum, eueum, ferreum.* Figura eiusdem in omni genere iugalium. *Iugum fuit curvum.* Stevechii & Lipsii figuræ rejectæ. Ζεῦς λα. Sub uno iugo duo, aliquando tria, sed non nisi certo fine. Μέσαλα. Gualtherus notatur. Αυροχιλίοι. Curtius exponitur. Calata iuga. Πλυφη, απόν ζυγά. Hesychius explicatur & emen-  
 datur. Stephani explicatio reicitur. Ζυγόδεσμον. Pollux emendatur. Ζυγοδέτης. Lora. Iugatorata. Subiugæ. Cato emendatur. Εσωξ ομφαλὸς ζυγά. Δέπαδα. Eustathius explicatur, item Pollux. Μασχαλισμός. Antilena, postilena. Plantus exponitur contra Lambinum. Υπερίς. Perti-  
 net ad clitellas. Διερεισηγ. Vossius reicitur. *Iugum equis solitum impo-*  
*nit.* Ζύγοι ιπποι. Ingales. Item mulis atque asinis, & quidem in collo, ac  
 libere, ut possent excutere. Λιφθ. Stadius exponitur.

**A**nimalia, qvæ ad currus junguntur, fungi ferè solent inter-  
 ventu jugi. Sic enim vocabant instrumentum illud, ad quod  
 & temo vehiculi & funes cæteri, qvibus trahabant, religabantur.  
 Dicebatur verò jugum ita à jungendo, uti Varro testis est. *Iugum,*  
 ait, & jumentum à junctu. Qvanquam fortè rectius cum Gerardo  
 Vossio statuamus contra fæse rem habere, ac à *jugo* venire *jugare*,  
 item *iungere*. Jugum autem à Graeco ζυγός derivari, permutatione  
 quadam literæ ζ, cui similem Latini non habent, in I, quomodo & à  
 μελον maius est. Ζυγός profectò Græcis, quod Latinis jugum. Philo-  
 xenus: *Iugum, ζυγός.* Licet hoc ζυγός fortasse sit à ζεῦς, quod, ut  
 Hesychius est auctor, notat πᾶν τὸ ζεῦς μένον, id est, quidquid conju-  
 gatum sociatumq; est. Quomodo est ζεῦς pro bobus junctis apud.

Athenæum

Athenæum lib. I. cap. 13. ubi agitur de saltatione Magnesiorum. Μάχεται πρὸ ζευγας ἐν ρυθμῳ πρὸς τὸν αὐλόν. Καὶ τέλος ὁ λιγέντης σίσας τὸν αὐλόν, τὸ ζεῦγον απάγει. Perperam Interpres: Raptis armis ante iugum arator pugnat, tibiae modis corporis motum adaptans. Ad extremum vero predo vinclum aratorem cum iugo abducit. Ζεύγος enim hic sunt juncti boves, quibus arator sparsa semina simulabat insinuare terræ. Sic ζεῦγον mulæ carrucariæ apud Polybium in Excer. Peirasc. pag. 154. Καὶ τὰς δρεπούμενα, καὶ τὰ ζευγας, & τὰς απόντας αὐλην ὑπαρχόσας. Ubi pariter interpres male, iisdem pilento, bigis ac mulianibus. Nihil enim hic de bigis agitur, sed mulabus. Materia ipsius vulgo fuit lignea. Inde habes apud Esaiam cap. 10. Auferetur iugum de collo tuo, & computrescat iugum à facie olei. Dicit, computrescat, quod non convenit in aliam materiam, præsertim, cum addatur caufa, oleum. Græci omiserunt: Ita namq; habent: Καὶ παλαιόθεροι δὲ οἱ ζυγὸς δόπτες τὰ ὄμητα τα. At Junius & Tremellius: Imò disturbabitur iugum propter oleum. Clarius Castalio: Iugum ex cervice auferetur, iugo præ pinguitudine corrupto. Nempe hoc vult, nisi fallor, fore, ut oleum nimis jugo inunctum non conservet ipsum, sed corrumptat. Solebant enim instrumenta illa lignea, quo fierent durabiliora, oleo inungere. Cato R.R. cap. 98. Amurca decocta (ea fex est olei) ligneam supellectilem omnem siungues, non putrescat, & cum ea ter seris, splendidior fiet. Apud Homerum in vehiculo Priami buxeum est jugum. Verba sunt Iliad. ο.

Καὶ δέποτε πασαλόφιν ζυγὸν ἔργον ἡμιάνειον

Πύξιν, ὀμιφαλόν τ' εἰς οἴπιεστιν ἀρηδός.

*Apaxillo iugum abstulerunt mulinum, buxinum, umbilicosumque, bene clavis aptatum.* Notat hic Eustathius, ita factum ab Homero, cum ad indicandum robur, tum, quod sermo esset Regis de vehiculo, alias non fuisse usitatum. Verba ejus: Τοῦτον ξινὸν, ἐστι μὲν καὶ πρὸς τὸν πότνια, ἔχει δέ τι καὶ πάλιν βασιλικὴν πρέποντας απίνη. Οὐκ ὅτι ζυγὸς βόει τοις τροπαῖς. Dicit, jugum vulgare, ac quale bobus solebat imponi, non fuisse istiusmodi. Et profectò supra demonstravimus è carpino vel acere fieri conservisse. Sicut autem vulgo lignea fuere juga, sic nonnunquam legimus & ænea. Nam Horatius III. Carm. od. 9. ita habet, de Venere loquens:

*Diductosque iugo cogit aëneo.*

Et Apollonius lib. III. Argon. v. 1283. de bubus Æatæ:

-- *Ἴδε ζυγά χαλκεα ταύρων.*

*Ærea vidit iuga aurorum.* Sed & ferrea occurunt. Claudianus:

-- *Sub iuga ferreammittit*

*Cornipedes.* --

Et jam olim Deus ipse apud Jeremiam Prophetam cap. 28. *Iugum ferreum posui super collum cunctarum gentium istarum, ut serviant Nabuchodonosor, Regi Babylonis.* Forma jugi fuit eadem in cunctis animalibus, cuiuscunq; essent generis. Qvod colligimus ex eo, qvia neqve Græci neqve Latini differentiæ alicujus meminerunt. Nam qvod Cato de R. R. cap. II. *iugum memorat plastrarium, & mox asinariūm*, non tam pertinet ad formæ aliquam diversitatem, qvam ad usum alium & alium, qvando illud pertinuit ad plaustra, hoc ad molas. Deinde, qvia, qvæ in iugo boario memorantur partes, eadem iisdemq; cum nominibus occurunt & in iugo eqvorum, qvod ex Polluce liquet, qvi lib. I. cap. 10. 10. *jugum eqvorum* sic describit, sicut alii jugum boum, aliorumve animantium, ut constabit ex seqventibus. Deniq; ostendunt hoc imagines & monumenta prisca, qvando ea specie, qva boum, etiam eqvorum juga exhibit. Qvod ante omnia notandum, ne talia nobis imaginemur juga eqvorum, qvalia hodie per Germaniam regionesq; alias sunt in usu, orbiculata clausa qve, & qvibus equi colla inserunt. Nam contra veterum juga habuere ligna non duplia, & coēuntia in orbe, sed simplicia, eaqve leviter inflexa circa medium, curvaqve. Inde Ovid. I. de Arte:

*Præber & in curvo colla premenda iugo.*

Non igitur peritè satis, qvisqvis in Stevchianis notis ad Vegetum quadrigas pinxit falcatas, pag. 215. equis qvatuor imposuit tignum rectum instar asseris loco jugi. Sed nec Lipsii imago, qvam proponit in Notis ad libros de Cruce, pag. m. 116. est conveniens, & nos infra dabimus ex Trajani Columna alia specie. Curvatura illa Græcis ζεῦγλη. Pollux: Τὰ κοῖλα τέ ζυγά, ὑφ' ἀνταγωνοῖς ἵπποι, ζεῦγλαι. *Curvatura iugi, sub quas mittuntur equi, zeuglae.* Observandum, qvod

quod unius jugi curvaturas faciat plures. *Ta' νεῖλα, inquit, & tamen de uno tantum jugo loquitur. Videlicet non singula jumenta singula quoque apud veteres habuere juga, verum jugum unum simul incumbebat duobus. Inde factum, ut pro duobus istis jumentis uno in jugo duplex esset curvatura.* Quid de uno jugo in jumentis pluribus dixi, liquet vel ex Columella, quando capite de domandis bubus lib. vi. *Per hæc blandimenta triduo ferè mansuescunt, jugumque quarto die accipiunt.* Unum modò jugum memorat in pluribus. Similiter & lib. II. cap. 2. *In opere boves arctè junctos habere convenit, quo speciosius ingrediantur sublimes, jugumque melius aptum cervicibus insideat.* Quid in imò lib. vi. cap. 2. jugum memorat, quo tres simul jungi possint boves, pertinens singulariter ad eos domandos. Si, ait, non pigeat jugum fabricare, quo tres jungantur, hac machinatio ne consequemur, ut etiam contumaces boves gravissima opera non recusent. Memorat hoc jugum velut singulare, atq; alias non usitatum, unde liquet, vulgo habuisse, quibus jungabantur tantum duo. Neq; alia est caussa, cur Latinis pariter ac Græcis jugum boum de duobus usurpetur. Eadem fuit ratio in equis. Ovidius propterea in curru Solis, quem ducebat Phaëton, f. 3..

*Consternuntur equi, & saltu in contraria facti.*

*Colla jugo eripiunt, abruptaque lora relinquent.*

Jugo uni eripiunt colla plura, pluresque equi. Itaque & ipsi plures unico sub jugo, contra quam receptum nostris esse moribus consuevit. Quia ergo jugum unum pluribus, &c, ut postea liqueret, duobus simul incumbebat, ideò in eo curvaturæ binæ, quæ à Græcis ζευγλαι dicebantur. Errant enim, qui existimant fuisse ligna propendentia à jugo, hinc inde boum colla amplèxantia: quando nulla talia in imaginibus antiquis. Etymologici auctor: Τεξυγετα τιθέμενα δη τες ανχέρας τῶν βοῶν, οἱ μὲν ζευγλαῖς, οἱ δὲ βοέρας, οἱ δὲ μέσσαλα καλέσσον. Facit auctor hic eadem esse ζευγλαῖς atque μέσσαλα. Porro, μέσσαλα sunt lora quædam jugi, ut mox dicam. Sed notandum, ζευγλαῖς duo denotare, lora ista, atque curvaturam. Ideò & de μέσσαλῳ seu μεσάλῳ Stephanus, quod aliquibus sit ἡ τε ζευγεγλυφη, ἡ θαλαῖ ανχέρες τῶν βοῶν δέδειται. Ingi cavitas, in quam colla boum inseruntur, religantur ve. Sanè ζευγλαῖς apud

P. 3,

Pollu-

Pollucem non intelligi posse lora, vel ex eo liquet, quia statim post superius allata verba sequitur, ὡν ταὶ ἄργα, ἀρροχνίσοι. Vertit ista Gvaltherus, *quarum* (zeuglarum) *extremitates cornua* vocantur. Si zeuglarum extremitates cornua, quomodo possint esse lora, quorum extrema sive capita nemo unquam, credo, nominavit cornua? Quanquam Græca parum propriè reddiderit Gvaltherus: Alia enim *cornua*, alia ἀρροχνίσοι. Nam ἀρροχνίσοι propriè extremitates, quæ desinunt in anserculos. Nimis fuit ea consuetudo veterum, ut in jugis, præsertim eqvorum, extremitates sive capita formarent specie animalis alicujus, sive avis, maximè verò anserculi, quod videimus apertissimè in jugo boum, quod occurrit in columna Trajani, ista specie.



Habes satis clarè ἀρροχνίσον in hoc jugo. Ad eundem ferè modum cernitur in jugo alio à Lipsio in Notis ad lib. III. de Cruce exhibito, quanquam ibi pictoris inscritia canis aut pisces potius, quam anseris, speciem exhibeat. Appellabatur autem illa extremitas ἀρροχνίσος, non quod semper ibi anserculi haberet effigiem, sed quod plerumque. Namq; in quadrigis, quas diligentissimè delineatas exhibet Philippus Rubenus lib. I. Elect. cap. 30. pars illa jugi definit in helicem, cochlearē figura. In vehiculo Darii ab uno capite Nini, ab altero Beli habebat effigiem. Memorat Curtius lib. III. cap. 3. cuius verba non satis haec tenus intellecta, explicant abunde, quæ hucusq; diximus. Distinguabant, inquit, internitentes gemme jugum, ex quo eminebant duo aurea simulachra cubitalia, quorum alterum Nini, alterum

*alterum Beli gerebat effigiem. Loco anserculi jugum illud effigies Nini Beliq; habebat, unam in dextro, alteram in sinistro capite, non demissas, ut paulò ante anserinum caput vidimus in jugo bovino, sed subrectas, ut opinor, qvia scribit, eminebant. Atq; hæc cælata juga, qvorum mentionem facit Propertius lib. II.*

*Eſſeda cælatis ſiſte Britannia jugis.*

Cælata hic, in certas effigies formata, iſto modo, ſicut dixi. Hau-  
buerunt tamen & simplicia, nullisq; iſtiusmodi sculpturis cælatu-  
risve culta, qvorum poſtea effigiem exhibeo. Nunc cum ſatis  
conſtet, *αὐροχνίτης* eſſe in jugis, *ζευγλας* eſſe partem jugi neceſſe eſt,  
qvia capita ſeu *ἄρριγα ζευγλῶν* Pollux appellari dicit *αὔροχνίτης*. Neq;  
aliud intellexiſſe ceneo Hesychium, qvando ita ſcripsit: *Ζέυγλη.*  
*Ζυγὸς, ἢ τὸ ἀντροῦ ζυγόν παθό δὲνιθης, τὸς τραχύλιος τα ζῶα.* Qvod Pollux ap-  
pellavit *κοῖλα*, alii dixerunt *γλυφὴν*, id Hesychius *ἄρρον τὸ ζυγόν* hic red-  
dedit. Intellexiſſe illud ſuperne inflexum, qvod imponitur cervici,  
& cui cervix veluti inſeritur. Itaq; is ipſe paulò ante: *Ζέυγλας, ζυγός,*  
*ἢ μέσην τὸ ζυγόν, καὶ ζευκτῆρας ιμαντόδεσμοι.* Tria dicit hoc vocabulum ſigni-  
care, jugum integrum, vel certam ejus partem, yellora qyædam ſi-  
ve coria. Si partem ejus, alia profeſtō eſſe neq; vixit, qvam de qua hu-  
usq; dictum eſt. Sed apud eum loco *ζευγλας* mallem *ζευγλαι* legere, ut  
ſubſeq; reſpondeant. *Ζεγλαι* interim & *ζευκτῆρας* *ιμαντόδεσμοι*,  
ut Hesychius reſtatur, hoc eſt, lora jugorum, non *juga falcatæ*, ut  
Gvaltherus reddidit abſq; ſenſu apud Pollucem lib. I. cap. 14. Mēſ-  
ſa exponit Etymologus, de qvibus Hesychius: *ΜέσσαCor, ἐξ ἀμο-*  
*Coriorū ιμαντῶν, ὃ τὸν ισοσέα πρὸς μέσον τὸν ζυγὸν προσδέεισ ο τιμεὶς ἔχειον.* Sic ibi  
legendum videtur, non ἢ τὸν ισοσέα, ſicut mea habet. *Messabum eſt lo-*  
*rum ex crudo corio, quo temonem alligant ad medium iugum, quidam*  
*echebæum appellant.* Bene *τινες*, id eſt, *quidam*, nam *echebæum* aliter  
exponunt alii, ut inox dicam. Interea *μέσσαCor* eſſe funem illum, qvo  
temo alligatur jugo, firmat qvoq; Tzetzes ad Hesiodum. *ΜέσσαCor* (inqvit) *οἰλῶροι, οἱ μέσοι οὐλες τὸ ζυγόν, καὶ συνδέοντες τὸν ρυμὸν πάλιν φέρουσι.* Ubi no-  
ta, qvod ſit *Tzetzæ μέσσαCor*, qui *μέσσαCor* Hesychio. *Mesabi*, ait, ſunt  
lora, in medio iugi, qua temonem iugo adſiſmant. Pollux qvoq; ad  
hunc modum lib. I. cap. 13. *Οὐαλαῖος ιμᾶς, ο πάλιν φέρουσιν* *τοιχέοιον*,

ἐγέσον, ἢ μεσόσον, καὶ μεσάσον καλεῖται. Stephanus non recte lorum bo-  
vem adiungens aratro explicavit. Neq; satis evidenter Gualtherus:  
Lorum autem illud latum iugum contingens. Quid enim est contin-  
gens? Loquitur de loro, qvod jugo alligat temonem, de qvo apud  
Pollucem proximè præcesserat. Et hoc est παραπλάνημα. Ζυγός.  
lorum, qvod alligatur jugo. De qvo speciatim hic observat Pollux,  
qvod fuerit σλάβι sive latum. Idem lib. I. cap. 10. p. 10. Ζυγόδεσμον  
vocavit. Τα' δὲ συνάθλοια' αὐτὸν τῷ ζυγῷ, Ζυγόδεσμον καλεῖται. Ita meus Fran-  
cfurti anno MDCVIII. excusus. Verum sine dubio legendum  
συνάθλοια' αὐτὸν, ut respiciat βυμὸν, de qvo præcedit. Et verterunt:  
Iugum autem huic alligantia, iugalia lora dicuntur. In qvibus verbis  
illud huic sine dubio ad temonem retulerunt. Aliis est ζυγοδέσμος.  
Hesychius: Ζυγόδεσμος, οἷμα, τὸ ζυγόν, οὐ εἴοι ζυγοδέσμον. Latini genera-  
li voce lora vocant. Inde habes apud Catonem de R.R. cap. 10.  
Iugacum loris ornata tria. Et Curtius de jugo Gordii loquens lib. III.  
cap. 1. Ruptis omnibus loris oraculi sortem vel elusit, vel implevit. Au-  
sonius de iisdem epist. 24.

Ocyus illa iugis fatalis solvere lora  
Pellaxum potuisse ducem reor. —

Virgilius ex hac caufsa dixit iuga lorata in Moreto:

*Sub iuga parentes cogit lorata iuvencos.*

Speciatim tamen observo lora ista esse, qvæ Latini *subiugæ* voca-  
runt. Glossæ veteres: Ζευγάν *subiuga*. Catonem puto lora istæc ap-  
pellasse *subiugia*, cap. 63. diversamq; ostendisse longitudinem eo-  
rum in plaustro & aratro. Verba habent ita: *Funem torculum esse*  
*oportet extentum P. LV. &c. subiugia in plostrum P. XVIII. funiculum*  
*P. XV. in aratrum subiugia lorum P. XVI.* Corrigenda hinc, qvæ legun-  
tur apud eundem cap. 135. *Subiugia in lustrum lora ped. XIX. funicu-*  
*lum P. XV. in aratrum subiugia lora P. XII.* Ita habet mea editio à Co-  
melino anno 1595. publicata. Sed scribendum, pro *in lustrum, in*  
*plostrum*, & pro *P. XIX. P. XXIX.* sicut contra in superiori loco pro  
*P. XVI.* mallem *P. XII.* Vulgo putant, *subjugia* fuisse loro, qvibus ju-  
gum collis boum eqvorumve aptabatur. Verum major apud me  
Glossarum fides, qvæ ostendunt ad temonem jugumq; pertinuis-  
se.

se. Solebat autem lorum hoc religari circum clavum, quem à jugo habebant trajectum, Græcis ἐσφραγίδιον vocatum. Scholia stes vetus Homeri Il. Ω. Εἰς ως πάτηλαν τῷ ζυγῷ ἐπιέμεν οὐκέτι ἀκρω τῷ ὑμῷ τεταγός. Εὐθειαὶ καὶ τὸ εὐελέλαια, τὸ ζυγόδεσμον αποδέλαι εἰς συνοχὴν τῷ ζυγῷ. Hestor est paxillus iugis immisus, in summo temonis defixus, in quem iniicitur annulus, & religatur lorum iugi, ut iugum contineat. Ita Pollux: Οὐδὲ πάτηλαν οὐδὲ μηριέν οὐτὸς τῷ ζυγῷ εἰσὶ τὸν ὑμὸν τὸ ζυγόδεσμα περιελιτεῖαι, εἰς ως. Paxillus à iugo ad temonem erectus, cui lora iugi induntur, hestor. Docent, paxillum istum fuisse in iugo, & transmitti consueisse per temonem, quia temonem iugo imponebant, ut ostendam in sequentibus. Circulum quoque sive annulum injecisse paxillo illi demonstrant, qui annulus sine dubio in capite temonis fuit. Mennit hujus annuli Homerus etiam Il. Ω. in vehiculo Priami:

Ἐπεὶ δὲ οἵ προνοι εἰσορίζουσιν  
Τρὶς δὲ εκάτερα τὸν εὐδησμὸν ὄμφαλὸν.

*Annulum paxillo iniecerunt, ter vero utrinque ligarunt, iuxta medium.* Sic haec explicō; nam ὄμφαλὸν expressē Scholiasti veteri τὸ μέσον τῷ ζυγῷ, iugi medium. Et temonem cum loris ad medium jugi religari consuevit superius demonstratum est. Qvando ait, *ter ligarunt*, lorum illud ter circum temonem jugumque vult fuisse ligatum firmitudinis majoris gratia. Qvo fine quoque longum habebant. Qvod Homerus quoque indicat, qvando præmittit:

Ἐπεὶ δὲ φέρον ζυγόδεσμον ἀμαζυγῷ ἐννεαπόλιο.

*Extuleruntque lorum cum iugis novem cubitorum.* Facit lorum longum novem cubitos, qvod est brevius non nihil, quam qvale Cato exigit in plastro. Vult enim esse pedum xviii. cum novem cubiti faciant pedes tantum tredecim cum dimidio. Dicit autem Homerus ter ligasse εἰντερθεύσιον utrinqe, qvod accipio de utraq; parte paxilli sive hestoris, ut in medio illorum vinculorum emineret, qvæ simul ὄμφαλὸν ζυγῷ ambibant. Habebat enim medium illud qvædam foramina, per qvæ firmitatis majoris gratia lora illa traciebant simul, cum temonem alligarent. Unde Hesychius: Ὄμφαλον, ὄμφαλός εἶχοντα ζυγὸν. Ὅμφαλος δὲ λέγεται τὰς εἰς τῷ ζυγῷ τεθῆλας, εἴφεντας δέσμεια. Umbilicatum, iugum umbilicos habentem. Umbilicos autem

vocant



vocant foramina sive cava iugis, in quibus lora religantur. Fuerunt autem illa non tam integrum foramina, quam incisurae quædam ad hoc factæ. Sic enim accipio, quod ait Euystathius: Ὁμφαλὸν δὲ τὸ οὐκέτι τινὰς κοιλεῖσχον διμορφά τινας εἰς, ἢ γλύπμα τεντίλον ὡσὶ τῷ μέσον τετράγωνόν, ὅπερ εἰς ἴμαντας περιβεβαῖ. Umbilicatum vero, quod habet circulos quosdam cavos umbilicorum figura, vel incisuram cavam circum medium iugi, circa quam ligantur lora. Præter lorum, temonem jugo alligans, video & lorum aliud à jugo circa colla boum. Exhibit manifestè pictura proximè proposita, & quam Lipsius in de Cruce publicavit. Similiter in illis bobus occurrit, quos ex Porcii marmore dedit Petrus libro, de Ponderibus & Mensuris. Boves trahunt aratrum, cum jugo istiusmodi.



Habes hic lorum à capite iugi, quod hic simplex est, descendens ambiensq; bovis collum. Græcos λέπαδνα existimo vocasse. Eustathius II. E. λέπαδνα κυνοίς, πλεῖσι ιμάστε, οἷς αριθμοῦντοι τράχηλοι τῶν ἵππων πρὸς τὸν ζυγὸν. Lepadna propriè lora lata, quibus colla equorum religantur ad iugum. Dicit primum manifestè, lora hæc pertinuisse ad colla, eaq; religasse ad juga, quod notandum. Deinde lora hæc fuisse ait lata. Atq; hac effigie cernuntur in boibus plaustris, quod in tabula marmorea expressum servant ædes Barbarinæ. Hic sanè lorum sive corium est bene latum, quod colla boum ligat ad jugum. Verum non.

non de boum jugo loquitur Eustathius, sed eorum. Credo, quod in verbis Homeri, quae exponit, esset mentio eorum. Pollux aliter non nihil de hoc genere lib. I. cap. 10. p. 11. Τα δέ από τῶν ἱππῶν ἀπηγμένα, τα ὑπὸ τοῖς αὐχένεσ τῶν ἵππων ἐλιτόμενα, λεπάδνα. Quæ verò à temone extensa sub eorum collis constringuntur, lepadna. Facit ipse lepadna descendere non à jugo, verum à temone. Sed cum Eustathio consentit etiam Hesychius: Λεπίδνα, μάνις πλάστει, οἰς ἀναδέονται οἱ τράχηλοι τῶν ἵππων τῷ στὸν ζυγὸν. Ita habent editi, sed legendum λεπάδνα, quod jam Stephanus observavit. Lepadna, inquit, lora lata, quibus religantur colla eorum ad jugum. Expressè dicit τῷ στὸν ζυγὸν, ad jugum, non ad temonem. Potest tamen verum esse etiam alterum, si credamus illa lora pendisse ab una parte à temone, ab altera revincta fuisse ad jugum. Et

Q<sub>2</sub> hoc



hoc velle ἀπορίμενα Pollucis videtur. Auctor Etymologici alio nomine vocata putat μασχαλισῆρες. Λέπαδνα inquit, οἱ τῷ τῶν ἵππων συνθῶντες, οἱ μασχαλισῆρες. Lepadna sunt lora circa pectora equorum, quae & maschalisteres. At hæc inter se distinguit, & diversa facit Pollux. Nam post ea, quæ de lepadnis, subdit: Ταῦτα δὲ πότερον μασχαλισῆρες. Quæ vero sub scapulis equorum, maschalisteres. Ponit maschalisteres ὑπὸ τῶν ὄμβρων, cum lepadna sint κατὰ τῶν συνθῶν. Et certè lepadna omnes agnoscent in collo, vel, quod idem est, in pectore. At maschalistires esse circa scapulas humerosque ipsa vox earum docet. Nam μασχάλη Græcis ala vel axilla. Hesychius: μασχαλισῆρες τῶν μασχαλίων δεσμοὶ τε ὑποζυγῖα, τὸ αὐτὸν καὶ μασχαλίς. Maschalister, vinculum per axillas iumenti, quod & maschalis. Credo tamen, duo ista lora interdum in summo fuisse conjuncta, indeq; factum esse, ut pro eodem sumerentur. Ita suspicor ex imaginibus vetustis, quæ ab Onuphrio ex tabula marmorea ædium Farnesiarum sunt delineatae. Ecce tibi cervum currui in Circo ita junctum.



Cingulum, quod collum atq; pectus ambit, & lepadnon, quod super humeros & axillas decurrit ad ventrem, maschalister, utrumq; in summo conjungitur nodo, in quo fuisse annulus tenendis frenis videtur. Atq; ita cernas & in quadrigis à Rubenio delineatis lib.I. Elect. cap.30. Erant tamen, q; vi alterutro carebant.. Qvod ex iisdem

dem Onuphrii imaginibus appetet, quorum aliquæ lorum habent circa collum, aliquæ tantum circa humeros. Et fortassis potest hoc ex eo esse, quod, quæ animalia non habebant jugum, ut ea, quæ trahabant solis funibus à latere jugariorum, ea nec haberent lepadna, sive lora circa collum, sed tantum circa humeros & scapulas, id est, maschalisteres, ad quas funes horum puto fuisse religatas, sicut ad lepadna jugum ac teimonem. Certè, si consideramus bene Rubenii quadrigas, quæ omnium diligentissimè sunt pictæ, alia videmus lora circa colla jugariorum, alia circa colla funariorum. Hæc enim tenuia & parva sunt: at illa jugariorum prorsus lata, & à loris triplicibus inter se composita, manifestèque jugo, cuius caput, desinens in helicem seu spiram à latere unius equi, aperte cernitur, innectuntur. Cæterum, hoc loramenti genus quomodo Latinis dictum sit, hæc tenus ignoro. Nam τε antilenæ vox, quam quidam afferunt, idonea auctoritate caret. Neq; postilena, unde antilenam deformati, propriè de loro usurpati, ut appetet ex Plautinis verbis, in quibus solis illa vox occurrit. Ita namq; habent in Casinæ A. I.

*Ita te aggerunda curvum aqua faciam probe,  
Ut postilena possit exte fieri.*

Hic profectò postilena lorum crassum, sicut explicat Lambinus, significare non potest. Nullum enim lorum natura sua curvum. Fletri quidem in utramque partem potest, at per se curvum non est. At verò postilena, etiam priusquam postilena fiat, debet esse curva, ut postilena possit fieri. Dicit enim Plautus, *te curvum faciam, non ut sis, sed ut exte possit fieri postilena.* Qvare melius, quod lignum incurvum interpretantur, quod mox ipse facit Lambinus. Nihil eo ligno hodieque vulgatus in jumentis clitellariis, mulis maximè. Lignum est tres circiter digitos latum, unum verò crassum, figuraliteræ π. Græcorum non absimili, nisi quod obtusiores rotundioresque habeat angulos. Ejus extrema duo capita firmantur ad clitellas, cætera muli nates ambient sub cauda, unde & in lexico Argentoratensi ἐπεπίς, id est, *subcaudale*, dicitur. Illud lignum postilena neq; usum habet ullum in iis animalibus, quæ adjuncta vehiculis. Cæterum, quia postilena lignum, ejus imitatione dici antilena nequit, nullum

Q. 3

enimi

enim lignum istiusmodi ab anteriori parte, neq; in clittariis, neq;  
in vehiculariis jumentis. Lego tamen in antiquo Lexico Argento-  
ratensi: *Antilena*, παρονθίστων. Et in Lexico Cyrilli: Στηθιστήρ, *an-*  
*tellina*. Item in Philoxeno: *Antilena*, ιπάσιππων, & mox, *autele-*  
*na*, οὐρανός. Ὁ δέ τι ιπάσιππων μετὰ τὸ σῖνθητον. Qvibus verbis declaratur,  
per antilenam significari non lignum aliquod, qvale postilena fuit,  
verum lotum, idq; circa jumentorum pectus. Qvanquam, qvid po-  
stremo loco sit οὐρανός, haud intelligam, & οὐρανόθιστήρ vel cum Mar-  
tinio οὐρανός existimem legendum. Porro, si est lorum, illud ipsum  
fuerit, qvod Græci λέπταδην dixerunt. Interim vix dubito, qvin Latinum  
saltē vocabulum sit novum, ac fortassis ne id qvidem signet,  
qvod est λέπταδην. Invenio id enim usurpatum apud Mauritium no-  
strum, non in vehiculariis, sed sellariis. Mauritius noster lib. I. c. 2.  
Καὶ μεραὶ τροφαὶ τῶν δοκιμῶν θελήτων καὶ αὐτελίτων. *Parvatauphia in postilenis*  
& *antilenis*. Loquitur de eqvitibus illorum temporum, qui cum ha-  
buerint sellas in eqvis, sicut liqvet ex eodem capite, valde mihi ve-  
rosimile, antlenas hasce inventas esse cum ipsis, & ad easdem pro-  
priè pertinuisse, neq; ullo modo spectasse ad juga, vel significasse il-  
la lora, qvibus ad vehicula trahenda utebantur. Certè Græca quo-  
que, qvæ in Glossis occurruunt, nova sunt, nec apud veteres recepta,  
ut appareat rem qvoq; novam denotare. Accedit qvoq; Isidorus,  
qui ob caussam hanc expreſſe: *Antella*, quasi ante sella, quemadmo-  
dum *postella*, quasi post sella. Nam *antella* & *postella* ipsi, qvod aliis *anti-*  
*lena* & *postilena*. Unde apertè sequitur, ad sellas pertinuisse. Fue-  
runtque hæc omnino ιπάντη, id est, lora coriacea, sicuti Philoxenus  
testatur, hodieq; receptum est. Nec videre possum caussam, qvare  
vestes maluerit explicare Vossius in Lexico. *Sane vestem fuisse de*  
*cauda dependentem arguit, quod antilena item vestis erat, qua pectus*  
*equis tezebat*, ait, postilena explicans. Verum talem de cauda  
dependentem vestem nemo prodit veterum, nec in ullis monu-  
mentis aut imaginibus antiquis potest observari. Atq; istoc qvi-  
dem jugum apud veteres. Solebat autem jugum istiusmodi usur-  
pari non in bubus tantum, qvæ res notissima, verum etiam in eqvis.  
Liqvet ex loco Curtii, qvem attulimus in præcedentibus, & Virgi-  
lius lib. III. Aen.

Sed

*Sed tamen iidem olim currū succedere s'ueti  
Quadrupedes & frenā jugo concordia ferre.*

Hinc apud Græcos ζύγιον ἔπειται, apud Latinos jugales. Sic enim equos istiusmodi appellat Virgilius *Aen.* vii. & Servius ad lib. V. *Aen.* *Iugis*, pro equis jugalibus. Mulis quoque imponi solebant. Unde Claudianus in Epigrammate de mulabus Gallicis:

*Et pareant duro libera colla jugo.*

Etiam asinis. Itaque habes apud Catonem jugum asinariū in de R. R. cap. ii. *Iugum plostrarium* i. *jugum vinarium* i. *iugum asinariū* unum. Et hac ex causa apud eundem cap. 62. *Iuga boum, mulorum, asinorum* nominantur, pro tot paribus. Illud etiam notandum, quod hæc juga haberent in collo. De bubus res est nota, quamquam aliqui religarent ad cornua, quod minus probabatur. Columella lib. II. cap. 2. *In opere boves arctè iunctos habere convenit, quo minus colla eorum labefactentur, iugumque melius aptum cervicibus insidieat.* Hoc enim genus iunctur & maximè probatum est. Nam illud, quod in quibusdam provinciis usurpatur, ut cornibus illigetur iugum, fere repudiatum est ab omnibus, qui præcepta rusticis conscripserunt. Neque immerito: Plus enim queunt pecudes collo & pectore conari, quam cornibus. De mulabus discimus ex Martiale, quando lib. ix. in Edilum epigrammate, quo nil dicit esse tritus, inter alia sic ait:

*Non rupta recutita colla mula.*

Vocat enim *ruptam*, quæ est læsa à jugo. Læsionem porrò illam facit in collo, quod appellat *recutitum*, quia labra vulneris reflectuntur hiantque. De equis discimus ex Scholiaste veteri Homeri, quando Ζεὺς exponit, τὸ ἐπαθήματον ξύλον ταῖς τραχύλοις τῶν ἵππων, *lignum impositum collis equorum*, ad Il. E. Inde Curtius lib. iv. cap. 15. *Equi crebra iactatione cervicum iugum excusserant.* Qibus verbis simul liquet, non fuisse religatum validè, sed potuisse excuti. Hinc de Solis equis Ovidius in fabula Phaëtonis: *Saltu in contraria facto Colla iugo eripiunt.* Tacitus Vita Agr. cap. 31. de Brigantibus, respectuque hujus rei: *Nisi felicitas in socordiam vertisset, exuere iugum potuere.* Et Florus lib. II. cap. 14. de Macedonibus: *Sed prior iugum excutit Makedo.* Sed & *imposita tantum juga* in circulo dicuntur. Cicero de Nat.

Nat. D. Nos onera quibusdam bestias, nos iuga imponimus. Græci partem illam colli appellabant λίθον. Eustathius II. Ψ. Λίθος δέ επι τε βοῶν  
καὶ ἐπιστον καὶ ἴμιόναν, τόπος τε τραχύλιος, φέπισθεντος ζυγός. Statius tamen iuga ponere in pectore videtur lib. vi. Theb. illo versu:

— Nunc avidi prono iuga pectore tangunt.

Non intelligo, quomodo tetigerint iuga pectore, si fuerunt in collo. Nam de viris currus agitantibus sermo esse non potest, quia reliqua non ipsos spectant, verum eqvos. Sed fortassis sermo est de jugis non propriis, sed precedentibus, quoniam velut ex opposito dixerat ante: Spatio, quo quisque valebat diducti fuere. Quanquam, cum sit ibi sermo de quadrigis, quorum interiores tantum eqvi jugum habent, quomodo id subsequentes tangere potuerint, perinde intelligere haud valeam. Igitur notandum, non hic coherere tangunt pectore, verum absolute dici, iuga tangunt. Dicuntur tangentes iuga, qui pedibus cursu in altum sublatis genibusq; hoc faciunt, maxime, si ipsi pectora collumq; flestant, sicut fit in concitato cursu. Quo respectu quoque additur avidi prono pectore. Vult enim pectus peraviditatem studiumq; currendi habuisse pronum inclinatumq; ad terram. Cum quo, quia & cervix & jugum ipsum inclinabatur, fieri profecto poterat, ut genibus tangerentur iuga.

### Cap. XII.

### De ratione jungendi.

Uni iugo iuncti duo tantum. Olim erant singuli per se, alii post alios in vehiculo. Isidorus explicatur. Temo perpetuus, quid. Emendatio Salmasiana expenditur, vetusque Isidori lectio stabilitur. Temones plures, unus post alterum. Τέλεαρυμ, διλαρυμ. Centum iuga in vehiculo. Protelum. Protelare. Nonius explicatur. Protendi ordines equorum. Equi singuli longa serie. Claudianus, Martialis & Cato explicantur. Clithenis etas, & quid invenerit. Funarii prisci quales. Παρηνοσ. Afronte, non latere iugalium stabant. Homerus explicatur. Τέλεαρυν & τέλεαρυν ut differant. Alexandri mirum vehiculum, in quo singularis iunctura. Totaratio iungendi breviter explicata. Funes. Συρά. Hylas. Pollucis versio notata & Gyphanii. Eustathius exppositus. Polypes. Ελαντηρια. Helcia, tænia, copula, iunctura, jungla. Κόσμος μελων.